


3



Aloisij Marliani Mediol.  
Episcopi Tuda.  
Atq; a secretis Charoli Cæs.  
Dignissimi.  
In Martinum Lutherium.  
Oratio Parænetica.

Pauli exorcista.

Ambitio, ficta & probitas / noua dogmata gignit  
Et uaria populos seditione mouet.  
Hæc mala in Arctoo coalescunt sæpius orbe  
Hussia ubi uarium factio nomen habet.  
Nam magis infestos constat multūq; nocentes  
His olim impositos dæmonas esse locis.  
Hos igitur, uelut Arminium Germanicus armis  
Christicolæ gladio spiritus exagitent.  
Et pia Aloisij, (lati certissimus auctor  
Is linguæ est) noctu scripta dieq; legant.

Aloisij Marliani Mediolanensis Episcopi Tudeñ.  
in Martinum Lutherum Oratio.



VOD orbis imperium ad Germanos  
puenerit, quod militaris disciplina, qđ  
ue oēs bonæ artes ( ut putatis ) Luthē-  
riani in Germaniā, cū imperio migraue-  
runt, æquo animo profecto accipimus.  
æquiore accepturi, si ut nomē, ita & orbis imperium  
retineretis, nā nullus est eorū, qui bene sentiūt; qui nō  
p̄ fortūa & dignitate ip̄erij quotidie uota faciat. bōas  
uero artes, nec uobis inuidemus, nec in uobis desidera-  
mus. Verū posteaq̄ ita libet Lutheriani uos parentes,  
uos bōarū artiū magistros post hac appellabimus, uos  
sapientiā magno prius diuortio facto / cū eloquētia cō-  
ciliasse / uos copiose & apte Aristotelēo more in utrāq;  
partē / qđ Arcefilæ, & Carneadi solū cōcessum erat / di-  
cere posse asseremus, / uos solos, uos ueros, uos perfe-  
ctos oratores, ( licet nō oēs id sentiāt aut uelint ) fatebi-  
mur si unū dūtaxat impetrauerimus / ne hanc uestrā  
sapientiā & eloq̄ntiā i religionē exerceatis. Nā posteaq̄  
( ut uultis ) languenti / & iacenti Italię studia & bonas  
artes facile detraxistis / urbi & capitolio hoc est aris &  
focis bellū inferre uidemini, Origo autē mali, quod tā  
late serpit / extitit. quod quidā non tam latine q̄ docte  
tempestate nostra scribere uiderent, & cū se tuerētur,  
uobis opponebant Marcum Tulliū Ciceronem / quo  
auctore loqui didicimus / qui sciētias oēs / ipsas quoq;  
artes sua uerba quanq; ( quæ a peritis tantum sciētia-  
rum & artiū illarum intelligantur ) habere / uolebat.

praeteritum philolophia, quæ minime de foro sermonis  
elegantia accipere potest. Itaque uestras has simultates  
cū omnes tū boni tū docti tanq̄ in theatro pugnas spe  
ctarent, facile & si disceptare inter uos nō possent, ui  
debāt alijs eloquentiā, alijs sapientiā deesse. Vos autē  
Lutheriani qui eloquentiam usurpatis, quid putatis  
aliud stoicorum breuia & acuta fuisse q̄ horū uerba?  
acreserant, (ut hī sunt) in disputando, & cauti stoici:  
sed rudes & horridi qui & hostē cōficere, & se recipere  
seruareq; pulchre didicissent, Demū Lutheriani pau  
latim postea licentiæ frena laxare & arietem in caput  
ecclesię ducere, quod nullus ferre amplius, aut potest  
aut dēt, cœpistis: nā Lutherus uir (ut puto) non oīno  
malus. deteriores etenim longe eos existimo esse, qui  
in eo latent, & illi tela suggerunt, ij enim cū sūmę im  
pietati sūmā impudentiā adiunxissent, persuasere ho  
mini ut in uitā & mores pontificū inueheret, tanq̄ illi  
& censores ppetui, & dictatores in terris a deo nuper  
missi essent. Inuectus est cū Lutherianis ī pōtīfices Lu  
therus tā Illoto ore, tam ipuris uerbis, ut non meliore  
eius uitā, q̄ uerba suspicaremur? Sed unde id Luth  
eriani accepistis? quē imitati estis, nunqd ab illo didici  
stis qui delata Adulterij muliere, dū alioꝝ uitia terræ  
īscriberet, accusantes suo & proprio iudicio dānauit?  
& ream cū nullus supeffet qui accusaret, absoluit, ea  
tamē lege, ne peccaret? Animaduertite quāti illi dela  
tores & accusatores alienæ uitę faceret, & utinā ille in  
terris esset, ingens area, & latus campus nō sufficeret,  
ut uestra errata Lutheriani describeret, cū solā ambi  
tionem uestrā, solam inanis gloriæ cupiditatem unus

orbis capere non posse uideatur. Ab illo dicite Lutheriani didicistis, qui non uitas pontificum imitandas, sed eorum decreta & leges obseruandas docuit: plus enim ille dignitati tribuebat quam uita iubet igitur uerba eorum. audire, iubet obseruare, iubet parere, non iubet uitam imitari, licet nihil sit in hoc pontifice, quod non tam optimum sit, quam summum. sic Lutheriani armenta in pastores cornua erigunt: sed forte putatis, cum summa potentia coniuncta, summam impunitatem. tanti ne uos dei iustitiam facitis, quae & si uiuentibus (ut uobis uidet) quandoque pœnas non infligat, non tamen uelitionem & supplicia post mortem differt. Cum morte enim non omnia moriuntur, non ipse animus, non animi sensus, nisi forte ea quae de inferis scribuntur uana putetis, quae si uera crederitis / non negaretis profecto, uota, preces, sacra / uiuentium dona / ad mortuos facere, quid autem est aliud negare, quam impium / immanem / paritum, & filiorum / fratrum, coniugum & omnium denique qui uixere, etiam post mortem paricidam esse: cum tamen ea prodesse mortuis, iudeorum locupletissimo testimonio, quoque humeris nos innitimur probetur, neque gens aliqua tam barbara, tam effera sit. quae non deo licet. quae sacra non faciat. quae iusta non persoluat. quae non paritet, quae denique deum mortuis non propitiat, & donis altaria cumulet. iuidisse Lutheriani profecto humano generi quietem & foelicitatem uidemini, de his loquor qui tempore deo conciliantur, non de his qui hostes dei iudicati sunt, & quod immanius omnibus uidetur, non tam id credere, quam uelle scriptis uestris ostenditis / unum a uobis queram, utrum uiuentium precibus rediisse ad uitam aliquando mortuos audieritis: Si negatis nihil plus interrogo, Si

conceditis / quero minus ne uobis uideatur uiuentiu  
precibus mortuos rediisse, an uiuentiu suffragiis con-  
tracta corpoream labem / qua certo tempore excedit  
citius dilui? quis tam alienus ab homine est, qui secun-  
du ta facile, no putet q primu sit difficile? praesertim si  
ab eo fiat / qui id facere possit / concessa illi a deo pote-  
tia ut quicquid in terris ligauerit / aut soluerit / retia-  
nerit aut dimiserit / de peccatis loquor / ligatum aut  
solutum / remissum aut retentum esset in celis / haec  
sunt concessa potestati potius q uite officia, utriq; ta-  
men magis coeessa / nam Lutheriani si quis sacris ini-  
tius & in sacerdotum numerum cooptatus / rem sa-  
cram facit / nec tamen omnino expiatus est ac deberet,  
& diuina illa uerba mente concipit & ore promit qui-  
bus deus in eucharistia nos uti docuit / nunquid ille  
rem sacram non perficit? perficit quidem non in dei  
iniuriam / sed in suam poenam. minus ne censes esse a  
sacerdote solis uerbis rem sacram fieri / quo nihil mi-  
rabilius esse potest / an a summo pontifice uerbis aut scri-  
ptis mortuoru qua pro tempore sunt poenas leniri aut  
finiri? uel si libet Lutheri responde quaeso, utrum ab  
imperatoribus sancitas ad bene beateq; uiuendum le-  
ges probes? caue ne improbes / caue ne caesaris poten-  
tia detrahas / cui deus optimus / dum inter Homines  
uersaretur no detraxit. utitur sua igitur caesar coeessa  
in orbe auctoritate. utuntur reges & populi caesaris le-  
gibus. At tu Lutheri / & si fuerit Caesare semper maxi-  
ma potentia, si leges sanctissimae, nunquid putas omnes  
Caesares optimos fuisse. alia prorsus uite / alia dignita-  
tis est ratio. culpaui uita / minui dignitas / non potest.



Vides igitur minus esse pœnas leniri mortuorū / quæ  
tempore finiuntur / quā mortuos redire / minus esse uer-  
bis pontificis hæc fieri, quā sacerdotis uerbis, rem sacrā  
confici. mortuos uero rediisse & rem sacram a sacer-  
dote fieri posse, & hanc summam potentiam concessam  
fuisse, pariter ut docui, & docebo, euangelia testant. &  
Iudeorum gentiumque non tam uerba quā facta com-  
probant. natura aliter, nisi hominē exuamus, sentire  
non patitur, leges etiā nos cogunt, & tamen erunt,  
qui nos nec homines nec christianos esse uelint, ob  
quarundam, ut ferunt, pecuniarum, usum, culpādi  
usus, si malus, non potentia fuit rescindenda. propter  
hos omnia sunt acta. propter hos, qui nec misericor-  
des, nec liberales nos in mortuos esse patiuntur? O-  
prietatem Lutheri impiā? quæ affirmat cōtra omnium  
qui fuere sententiam nos pios esse non posse, Aduerte  
si habes contra hanc summam pontificis potentiam,  
euangelia. adducito contra hanc nostram in mortuos  
pietatem. quæ cum non habeas, permitte tibi persua-  
deri ut credas eorum esse, ut iubeāt, nostrū, ut paream-  
us officium. solebant qui rebus nouis in Rep. stu-  
debant, honestos saltē titulos prætexere, ratione & au-  
ctōritate inniti, nullā uero tu rationē adducis, nullius  
tu auctōritati inniteris, nisi quod tibi ita uidetur, & te  
inermē nescio, an sano consilio omnibus armatis obi-  
cis. Putas ne præterea deū Lutheri ignorasse sacerdo-  
tes onera grauiā & pene itolerabilia imposuisse, & im-  
posituros? uidebat enim ea & præuidebat, & tamen  
fieri quæ imperabant uolebat: at tu unus inuētus es q

quod in e iubebat fieri, ne fiat imperes, sed inquis R<sup>o</sup>  
mano pontifici Petri successori, hic primus locus non  
debet, cū nec soli Petro cōcessus fuerit. fateris cōces-  
sam hanc ligandi soluendiq; potestatem; sed non soli;  
quod & ego fatebor. sed tamen prius illi & soli clauēs  
donauerat, nec quosdam Asiaticos & græcos tecum  
sensisse contendas, Cur non magis Lutheri græcos &  
Asiaticos seq̄ris, qui bene sensere? sed satius existimas  
cū paucis errare, q̄ eū multis bene sentire, uerū licuit  
illis, quod tibi non licet, res nō adeo tunc decretis pa-  
trū & conciliorū atq; nunc est, recepta erat. Sed uidea-  
mus Lutheri, & patiare quæso te sine cōtumacia refel-  
li. ego enim te sine contumelia refellam. euāgelia tam  
plana tam clara sunt ut ab omnibus itelligi sine inter-  
prete possint, cū ad omniū salutem faciant. obscuriora  
fuer̄ alia quæ prius scripta erant, cū nūdū sol ad hori-  
zontem peruenisset, hoc est prius q̄ nobis deus natus  
esset. noli igitur tenebras scriptorum huic diuinę luci  
offundere, noli nubibus solem obducere. Sed mera  
uerba accipiamus. petebat à discipulis deus quē filiū  
hominis crederēt? unus respōdit Petrus, qui profecto  
non respōdisset nisi inter eos habitus esset primus, in-  
terrogati sunt plures, respondit unus. huic christus,  
promisit, & cū promisit donauit clauēs regni celorū,  
unī inq̄ Petro, non pluribus. nam si aliter sentias aut  
simplicitatem euangelij peruertere, aut diuinum ser-  
monē impropriū fateri cogeris. uerba audi, dabo tibi  
clauēs regni cælorum, non uobis dicit, si id uoluisset  
deus, uerba ne illi defutura erant? Demū postea, & su-  
per hanc petram edificabo ecclesiam meam, licet sint,



qui uelint petram christum, nos tamen, ut inter nos  
conuentum est, eos uerbis diuinis non miscbimus; Sed  
animaduerte Lutheri utrum aedificator, & fundamen-  
tum aedificij idem esse possint. Quis est qui proprie dici  
credat? nam quis unquam aedificatorum supra se ipsum domum  
aedificare uidit? proprium magis est, ut sit aedificator  
ecclesiae deus. fundamentum ecclesiae tanquam petra, petrus,  
quod forte melius latine, quam alijs linguis sonat, quod ui-  
delicet Romanam ecclesiam caput aliarum futuram esse, &  
praeuidebat & uolebat. An tibi satisfactum putas? ui-  
deo te etiam nodum in scirpo quaerere. cupis ne dum  
solum petrum alloquitur dominus audire? quis est qui lo-  
cum ignoret Lutheri? quid est quod te lateat? sed forte  
ea animo tuo officiant, quae te uerum uidere non patiuntur,  
Ira / Inuidia / Ambitio / dum alius esse / alius uideri cu-  
pis / uerba sunt ad petrum, Petre amas me, quis, ille re-  
spondit, tu scis quia amo te / pasce agnos meos, iterum  
pasce, agnos meos, & rursus pasce oues, cui unquam apo-  
stolorum dixit, pasce agnos, pasce oues meas? quem ter  
unquam interrogauit? quis ter unquam respondit? mira est in-  
terrogantis uis, mira ter respondentis fides, quis igitur  
est qui dubitare possit, tanquam primo pastori Petro locum  
primum non deberi? sed forte alijs moriturus dixit, Petre  
ne deficiat fides tua. & rursus tu conuersus confirma  
fratres tuos. solum petrum his uerbis allocutus est tanquam  
sumum & fortissimum futurum extremis in rebus dubijsque  
& afflictis aliorum ducem. Quod si etiam dubitas responde  
mihi derelicturus terras, & in caelum ascensurus dominus  
utrum in terris uicarium nullum, aut plures reliquerit?  
absurdum est si dixeris nullum, & deum caput in terris

ecclesiæ, & hoïem sine homine esse uelis. scimus orbis  
celi, & terræ & omnium, deum dñm esse, sed utrum homini  
bus hoïem præesse uoluerit? dices forte plures. belluam  
multorum capitum putasne uoluisse ecclesiã suam deum? &  
oia que bene se habent & recte disposita sunt ad unum  
referri. orbem, ad deum unum, diem ad solem, noctem  
ad lunam / exercitum ad ducem / nauem ad rectorem / nec  
deesse animalibus / auibus / aut etiam minutis apibus  
unum, Solam ecclesiã homine uno, rectore uno / arbitrio  
uno carere? Quod si uni credidit / cui dices potes nisi  
petro? clauis aut istæ cæli quid sibi uolebat? quid po-  
terant? si id quod persuademus & omnes crediderunt (&  
cum omnes dico te unum excipio) non possunt, quid po-  
terunt? cur tam illustribus uerbis munus suum donatu-  
rus dñs ornabat, si non par uerbis erat quod donaret?  
Si summam potentiam largiebatur (ut magnifica illa  
uerba habent) cur inuides? cur uti prohibes? patiare  
igitur Lutheri Petrum & successores petri esse quod  
sunt, qui si aut uita aut potentia abutuntur / mihi cre-  
de sentient aliquando summam potentiam / minime  
esse debere / licentiam / Melius uero de confessione Lu-  
theriani statuistis? o rem inauditam perturbari confes-  
sionem. ab his qui cum deo uixerunt dum in terris esset  
decretam, longo usu obseruatam, ab ecclesia confirmatam,  
que si non esset, nouis legibus ab ecclesia statui deberet,  
ab ea dico ecclesia, quæ a deo & spiritu regitur, quæ tot sancti  
uiri fecerunt, ut euangelio se non credituros dicerent, nisi  
ecclesia confirmaret. credemus igitur euangelio, si hos au-  
dimus, credemus Paulo quia confirmauit ecclesiã, ecclesi-  
æ uero, quæ hæc confirmare potuit, non credemus? licet

autē / si forte id nescis / leges nō alienas a diuinis legi-  
bus quę humano generi cōducant p tēporū & reꝝ co-  
gnitiōe cōdere, nā alia nascētī ecclēsię / alia adolescētī,  
alia senescētī / & effētē pꝛēsidia cōueniūt / nāq; nascētē  
mors dñi / martyꝝ sāguis / & scōꝝ miracula fūdaurī,  
adolescētē doctissimorum uirorū scripta excipere,  
senescētē uix morte, uix sanguine uix miraculis aut  
scriptis, uix deniq; conciliorum pōtificum, & patrum  
decretis / si erūt qui te audiēt / retinebimus / & pfecto,  
metu / & pudore / cōfessio homines detinet, & uirtuti  
& religiōi cōglutinat / tolle Lutheri metū religiōis  
tolle pudorē / tolle preces hominū apd̄ deū & dei gr̄as  
apud homines (ut facere uideris) ualere, tolles & re-  
ligiōē. licebit quicquid libuerit, in tāta aut licētia su-  
blata pietate, quę s̄cītitas / quę fides / quę religiō esse  
pōt: qbus sublati, p̄turbatio uitę sequit̄, & magna cō-  
fusio / unde humani generis societatē tolli necesse est,  
uoluptatē pfecto deū faciemus, quid āplius Epicurus  
hominū & dei hostis religiōi obesse potuisset: persua-  
des ne tibi Lutheri Germāos penes quos semp̄ seuera  
fuere coniugia rara, adulteria, Bocmorum qui de fide  
male sentiunt exēplo ob permistā illam cū mulieribus  
(ut fert̄) libertatē nō mouerit: quis est germanæ uir-  
tutis frugalitatis & magnanimitatis, q id audir̄ possit:  
licet a tuis consilijs alienū putē, quis tamē eos excusso  
iugo cohibebit: quod si Lutheri te non impiū sed pro-  
pietate ea q̄ agis agere nobis psuadere uis, respondēdū  
tibi erit, cur pōtificem nō adibas: cur stomachi huius  
tui argumētū nō exponebas: dices fortasse timebā ne  
mihī piculo esset, iam uideo tibi unam uirtutū deesse,

fortitudinē, nō lic hi qui deo aſſati ſunt, quos antiqui  
mirabantur, quanto animo ſponte in ignes, in ferrū,  
in mortes ruerent. duo profecto in te diuerſa uideo cū  
ſūma audaciā, metū, At cur nō saltē litteris explicatiſſe  
Sed (ut puto) in theatro & labyrintho prius te inue-  
niſti, q̄ te ingredi putares, lōgius profecto progreſſus  
es q̄ opinareris, tibiq; euēit ut belluis ſolet, quæ licet a  
natura feroces ſint q̄ſcunt, at ſtimulis agitatae, ſeuius  
furere conſueuere. & præcipites in ſuā & aliorū perni-  
ciem ferri, ego etenim meo ex animo tuū proſpicio ani-  
mū. & tibi uſu hoc eueniſſe ni fallor, mihi perſuadeo,  
& utinā ita ego animi tui æſtus quos concitatos uideo  
ſedare poſſem eloquentiā aut ſapientiā, quarū neutrā  
cū habeam, neutram mihi uendico, nec tu ſatis reme-  
diā admittis Lutheri, cū philoſophos non audias, nec  
decreta patrū admittas, nec ſancita cōciliorū recipias,  
euangelijs uero tanq̄ tuis ita uteris, ut p̄ arbitrio tuo  
ea loqui uelis. Itaq; quis tecum congregi poteſt, aucto-  
ritate ne eruditorū? quos non audis, ratione? a qua &  
tu alienus es, & nulla de fide eſt ratio, quæ te nolētem  
cogere poſſit. ratio quidem a philoſophis quærenda  
eſt, nequaq̄ a religione, quid enim alienius q̄ a rectorū  
demonſtrationē & a geometra perſuaſionē quærere?  
plus a fide quæris q̄ fides poſſit. nā occultare fidei ra-  
tionē tam deus uoluit, q̄ fide uti. nec ratioē ultra fidē  
progredi, obductis in uita tenebris, nos patit. legibus  
igitur & mori credendum & parendū eſſe maiores uo-  
luere, credendūq; cum multitudinē, neq; quærendam  
rationē, ubi non ſit ratio. niſi quod maiores noſtri ita  
uoluerunt/ita ſtatuerunt/ita obſeruatū eſt/ita ille nō Py-

thagoras dixit, sed qui optime patrē suū deū deus no-  
uerat. alia autē quæ tu a te prorsus alienus scripsisti,  
cū nihil cōmune cū lege & ueritate habeant, non attin-  
gemus. Sed et quis unq̄ contra philosophos / quī res  
moueri negabant pugnauit? quis cōtra eos qui diuidi  
res cōtinuatas non posse assercbant? quis cōtra eos qui  
igné calidū non esse uolebant? hac una & sola pugna-  
uere ratione ut experirent / qui ignē negarent calidū,  
in eo an ureret / pro fide igitur prophetarum oraculis,  
dei ipsius / qui in terris fuit testimonio / martyrū san-  
guine & miraculis firmata / pugnabimus? & in thea-  
trū tanq̄ rem nouā adducemus fidē. sanctius & reuerē-  
tius cū religiōe agit silētio & meditatiōe, q̄ ostētatiōe,  
neq; qcq̄ i religiōe religiosius esse potest q̄ pic credere,  
& sancte uiuere / misteria autē fidei uulgare sacerdotes  
tam nefas esse puto / quā olim eleusina sacra. At cū ui-  
det te Lutheri populus locū quē cupiueris tenere / &  
tanq̄ i præsidiō locatus esses / nolle a loco deici / putat  
te aliquid facere. sed quis te loco pellet? nisi te deus ful-  
mine deiecerit / hinc tu in pontificis potentiā sūma li-  
centia inucheris / ut obseruantia fidei intereat, ut mor-  
tuorū suffragia ut pietas in cōfessionem / ut religionis  
metus. quæ resp. optimis licet legibus iſtituta q̄esceſ-  
possit / si seditioſis in leges i magistratus dicere liceat?  
q̄ religiosi in leges, in sacerdotes i legū usum maiores  
nostri, qui etiā ante ortā mundo lucē, ita statuere, ut si  
quis de diuinis aliter sentiret q̄ a maioribus decretum  
esset, & usu a sacerdotibus confirmatū / impune oīum  
telis obrueretur, ne unius culpa concitata dei ira, oēs  
pœna afficeret. In his enim deus impietate, i alijs quod

impios patiuntur / negligentiam ulciscitur hinc ultra  
quā solet in Germania pestis debacchar. hinc hostiū  
imperij quotidie maior auctoritas esse uidet. ignorare  
præterea Lutheri uideris apud quos hæc aconita spar  
gas. In Germania hanc rem tractas, in religiosa inq̄ &  
pia Germania / cuius religionē Romanā tueri cū ar  
mis, tū concilijs officiū est, uidete ne dū maiestatem pon  
tificis Romani oppugnatis Lutheriani, dignitatem imperij  
Romani oppugnetis? nā o Germani nō amplius aucto  
ritati pontificis iminet Lutherus, Sed Imperatoris & pa  
trię dignitati. si quis. n. uos roget germani, unde impe  
riū? unde principibus eligēdi Imperatorē facultas? quis  
est qui hæc in Romanum pontificem non referat? sed  
dicite si quis rogabit. Romanus ne pontifex est? quid  
respondebitis? caute ne cū Lutherio dicatis summū  
nō esse pontificem, nā tum ille interrogabit quo pacto  
imperator imperator, & electores electores erunt, si  
Romanus pontifex, sumus pontifex nō est. ita est affi  
nis utriusq; causa, ut utraq; aut dānare aut absoluerē  
sit necesse. neq; prudens magisq; pius Lutheri uideris.  
cū te Husitarū gentem dānatam sequi profiteris, &  
illa olim Reip. uulnera refricādo recrudescere cogis,  
idq; in Germania facere audes. sed quis diem husitis  
dixit? an ignoras? Germanus Imperator, Germani prin  
cipes? concilium patrum Regum & reip. christianæ?  
apud quos causam eorū auctor dixit? apd eosdē. a qui  
bus igne dānatus? a Germano imperatore, a principi  
bus Germanis? & unius orbis christiani cōsensu. ubi?  
in germania Cōstātic, qui ignē armati obsedere? Ger  
mani. uos ne Germani nunc uestris sententijs dānatos



absolutis, & maiores uos dānabitis. Lutheriūq; qui  
& uos in deū impios & in maiores uos ingratos facerē  
cōtendit, audietis. uerū nūc primū sapere germaniam  
uolunt Lutheriani, serius neq; Phruges sapiunt. liceat  
mihī quāso Germani uno (ut aiunt) uerbo maiorum  
uestroꝝ laudes quā uestrā sūt enumerare. Illi Gallia  
dum uoluerūt inūdauere, illi Hispaniā illi Africam &  
Asiam, illi Italiā, illi Romanū imperiū quātūcūq; est, in  
Germaniā inuexer. sed nunq̄ maiores uires & opes in  
Germania fuere. opes & uires in uobis, maiorum ue-  
ro præclara facta laudent, & ut libere dicā quid sentiā  
has opes has uires nollē pfecto tā steriles eē. At inqes,  
bonis artibus & studijs maiores, tuos Germani longo  
iteruallo præterier, cōtūde in unū tua ingenia germa-  
nia & exprime, unū Albertū magnū nobis dabis, hūc  
solū quē latini insolētī græciꝝ opponāt, hūc scientiarū  
multiplicitate & occultarū naturę causarū scēlici cogni-  
tiōe. liguis uero pluribus loqui germāos cōtēdūt, sed  
cauete Lutheriāi. ne dū ī oībus liguis aduenę & hospi-  
tes estis ī nulla ciues sitis. nā Lutherianoꝝ qdā scripta  
aliqñ uidemus, q cū græce scribūt, latine scribere uidē-  
tur, dū latine græce. demū caue Lutheri frustra reli-  
giosissimā gētē ificere, quę religionē ptegat. O quātā  
malorū segetē uideo si ifici posset, putas ne ceteros ifici  
uelle, aut uinci. sūt arma alijs & opes, q ī melior causa  
deū quoq; ducē habebūt. tu ne, tu ne ratorū malorū au-  
ctor eris Lutheri. nec ob aliā cām q̄ ut uidearis, & no-  
mē tuū cū eo q Dianę Ephesię tēplū icēdit, extendas.  
sunt enim tam peruersa qñq; hominū ingenia ut a po-  
steris potius malī agnosci uelint, q̄ ignorari. Et ut finē

faciam Lutheri si me audies qui tibi pfecto deterjora  
non opto q̄ mihi/te hominē natum parentibus chri-  
stianis & his sanctis legibus adoleuisse, & cōsenuisse,  
non sicut magna laude recordaberis, & nūc paululum  
decessisse, cōcītū forte aliquorū stimulis, & exagitatū,  
quā quid iratus scripsisti, non tu, sed iratus scripsit, si  
disputando aliquid deūū dixisti, non semper uera in  
mediū de rebus dubijs differentes asserūt, si lapsus es,  
hō es, palinodiā age; Stefichorus cū risum amisisset,  
palinodiā recuperauit/pater tuus Augustinus libros  
retractauit, efficit tandem Lutheriani/ut nos itali ne  
gare non possimus/uos nō disertos tātū, sed eloquē-  
tes. dissuadete quæso orōne uestra, quantū persuasisse  
putatis/cōcilia teipsum religiōi. Lutheri, redde te no-  
bis, nam furere est, solū uelle sapere, putas ne ingenio  
aut doctrina oēs qui hac lege uixere, aut uiuunt, excel-  
lere? & te solū sapere? cū alij insaniant insanis pfecto  
si id credis, sed sapiēs si me amicissimū audieris. V nū  
pretereā a uobis Lutheriani peto, ut si in scribēdo nō  
p̄fecero/saltem me sciatis, tū uobis tū Rcip. p̄desse  
uoluisse/uos uero qd de uobis statuatis ipsi uideritis,  
ne uno tempore deum, & homines hostes habeatis.

F I N I S.

Vienæ Austriæ. Impressum. Anno.  
Domini, M. D. XXI.